

paullo superans, articulo primo medium xyphi attingente. Antennae articulis ultimis nigro-fuscis, tertio basi albido. Pronotum latitudine basali $\frac{1}{4}$ (σ) vel (φ) circiter $\frac{1}{3}$ (false describitur dimidio) brevius, dorso sat fortiter rugulosum. Cuneus etiam apice testaceo. Femora obscure fuliginosa, postica cum coxis dimidio (φ) vel $\frac{2}{5}$ basalibus (σ) albidis, parte apicali nigro-fuliginosa, interdum pallidius variegata. Tibiae sordide flavo-testaceae vel pallide flaventes, interdum basi infuscatae, extremo apice fusco. Ceteris vide descriptionem l. c. Long. σ $4\frac{1}{2}$ - $4\frac{3}{4}$, φ $6\frac{1}{2}$ mm.

Camerun: Lanaza!, 1 φ ; Fernando-Po!, S:a Isabel!, mm. Martii et Julii, 2 $\sigma\sigma$, comm. D. Schouteden; Assinia, D. Alluaud.

Var. β vitticeps: Capite pallide ochraceo, vitta media longitudinali nigra signato.

Var. γ pallidiceps: Capite toto pallide ochraceo. Assinia.

18. *Proboscidoris punctaticollis* n. sp.

Niger, opaculus, tenuiter griseo-pubescentis, superne et inferne pilis argenteis facile divellendis sat dense vestitus; capite macula utrinque verticis ad oculum, corio macula humerali, margine laterali exteriori margineque apicali, hoc tenuiter, sed medio latius, nec non extremo apice scutelli et cunei obscure testaceis; membrana cum areolis fusco-fumata, venis albidis, macula parva ad apicem cunei albido-hyalina; antennis albidis, articulo primo fusco-testaceo; secundo fere tertia apicali parte nigro fusco, tertio, parte tertia basali excepta, quartoque fusciscentibus; pedibus albidis, femoribus apice, posticis $\frac{2}{3}$ apicalibus, basi tibiatarum posticarum extremoque apice tibiatarum articuli terti tarsi tarsorum fusco-nigris; pronoto scutelloque sat profunde impresso-punctatis. Long. σ 4— $4\frac{1}{2}$ mm.

Erytraea ad Ghinda in regione sylvatica, 2 $\sigma\sigma$, D. Dr. Levander (Mus. Hels.).

A *Pr. fuliginoso* Reut., cui colore sat similis, pronoto profunde impresso-punctato mox distinguendus. Caput basi